



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Stationes ad Deiparæ templa, n. 40

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

CONCIONES A SALVTATIONE  
Angelica inchoantur.

**38** *Cur ab Angelica salutatio inchoantur.*  
**C**oncionatores, vt ex suis Concionibus vberem animarum fructum referant, diuinam gratiam per Deiparam implorare studet, ideoque vna cum populo suas a salutatione Angelica conciones auspicantur, huius pie consuetudinis meminit S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 24 §. 3. Omnes, inquit, sermocinantes & predicantes Christianis exordium pro gratia impetranda a salutatione Angelica faciunt. sic ille. Huius ratio peti potest ex quadam reuelatione facta S. Dominico. Is cum in regione Tolosana Gallie Narbonensis concionaretur, nec quicquam fructus spiritualis colligeret, cum sacratissima Virgine ea de re exoptulauit, quæ cum sancto viro aliquando apparuisset, ei dixit: Dominice filie nihil mireris, quod concionando minime proficiantem vero arcas solim a pluuia non irrigatum. festoque cum Deo conuolare decreuit mundum, saluationis Angelica pluuia promissi. sicque orbis ipso in melius est reformatus, hortare igitur homines in concionibus ad Rosarij recitationem, & magnum de hinc animarum fructus consequetur, quod sanctus Dominicus stranie executus, vberes ex suis concionibus animarum fructus retulit. hæc ex miraculis Rosarij, quæ in libro Rosarij itali cõ habetur, ita proportione quadã in sermonibus ad populũ præmittitur saluatio Angelica, vt hæc cõlecti pluuia terra cordis nostri arida in getur, & fructum diuino beneficio per Virgine impetratum, vberioreti ferat.

*S. Dominicus cum Deipara motus, ut ad Rosarij recitationem animi hortetur.*

*Liber miraculorum Rosarij B. Virg.*

PROCESSIONES IN DEIPARÆ  
honorum decreuit.

**39** *Processiones in B. Virgine honorum cur & quibus celebrari cõsueverint S. Antonini.*  
**O**ctauo, huc referuntur Processiones, quæ in Deiparæ honorem fiunt, tum in vniuersali Ecclesia, tum in peculiaribus locis, vel Religiosorum familijs, aut piorum hominum sodalitatibus. Eiusmodi est processio illa in Ecclesia quotannis instituta in die Purificationis cum accensis cereis: Quæ, vt ait S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 24 §. 3. fit in honorem B. Mariæ per correspondentiã ad diem in Ramis palmarum, nam sicut tunc portantur rami oliuæ cum palmis in signum victoriæ Christi de morte per resurrectionem, ostendens etiam nos victoriã de vitijs per penitentiam ad vitam gratia resur-

ressisse. Ita in die Purificationis candelas accensas gestamus in manibus, sicut in ardentissimæ charitatis Virgine designantes, & eam vitam in nostris operibus habere protestantes. hæc S. Antoninus, qui adiecit: Quæmadmodũ in Ascensione Dominica die in honorem Christi fieri processio consuevit, ita & in virginea Assumptionis die fieri solitam esse processionem in Deiparæ honore, cum tota caelesti curia, vna cõ Christo filio obuiã ei processu ad recipientem in Cælum, thronoque collocandam suo. Ad hæc testatur Rupertus lib. 7. de diuinis officijs cap. 25. Processiones, quæ Dominicis diebus fieri consueverunt ad Deiparæ oratorium primum omnium tendere, loquens enim de Resurrectione Domini: Recte, inquit, a maioribus nostri ordinis traditum est, & quasi pro lege fixum conseruatur, vt in processionibus, cunctis per annum Dominicis, beatæ Dei Genitricis memoriam prima statione visitemus, decantando quodlibet, quod eius proprium sit, eaque salutata, & oratione dicta tunc demum processionem peragamus: sicque feruente sacræ religionis studio prouisum est, ut infra claustrũ habeatur eiuã B. Virginis diuersorũ, scilicet sacratũ in ipsius honore propriũ nominis eius oratorij, quid cõuenientius quid pulchrius, quid venerabilius, quam congratulari matri Virgini super Resurrectione vnigeniti? hæc tenus ille. Huc spectant Processiones sodalitatũ Rosarij, quæ prima cuiusque mensis Dominica apud Religiosissimum Prædicatorum Ordinem fiunt, & alias eiusdemodi diuersis in locis.

*Rupertus.*

STATIONES AD DEIPARÆ  
templã.

**40** *Stationes ad Templã Deiparæ Romæ.*  
**N**ono, ad hoc caput spectant etiam stationes, quæ cum in Vrbe Roma ad multa, diuersaque decreta sint templa, multo plures ad Deiparæ, quàm ad aliorum templa assignantur. & vt misla faciam templa sanctæ Mariæ Transiberim S. Mariæ in Dominica S. Mariæ ad Martyres stationibus insignia, certè quemadmodum obseruauit Onuphrius lib. de septem Ecclesijs: Nullum planè templum (si vnũ S. Petri in Vaticano excepias) tot stationibus æquè esse insignitum, atque ædem S. Mariæ Maioris, ad quam tum stationes numero quindecim numerantur ab Onuphrio, tum potissimum ea, quæ in sacro Paschatis die ibidem ea de causa celebratur, quod, vt aduertit

*Onuphr.*

D d Rupertus

*Rupertus.* Rupertus lib. 7 de diuinis officijs cap. 25. Deipara omnium prima Christum filium à mortuis redituum accepit, quemadmodum cap. 11, ostendimus.

*Cap. 11.*

PEREGRINATIONES AD DEIPARAS AEMPLA.

*Peregrinorum frequentia ad aempla Deiparae.* Decimo, spectant quoque peregrinationes, quae si ad aliquem sacrum locum omnium gentium, & nationum concursu, frequentiaque celebres sunt: sunt certè Lauretum, Monestratum, Guadalupem, atque ad alia Deiparae loca, ut in illum illud faciam, nullam usque esse Prouinciam, nullum ferè Regnum, ubi non illustratum miraculis, consecratum aedibus, titulis insignitum, nobile aliquod Deiparae templum existat: quodve studiosorum quidem B. Virginis peregrinorum celebritate non clareat.

RELIGIONES, VRBES, PORTVS, INSULAE à Deipara nomen accepere:

*Religiones quibus in honorem Deiparae nomen est inditum.* 41. Vndecimo, huc spectant Religiosorum quibus in honorem Deiparae nomen est inditum. Ordines à Deiparae nomine appellati, cuiusmodi sunt ordines militares S. Mariae Teutonicorum, à quibus Prussia, & Lituania bello acquisita Christi fidem susceperunt, S. Mariae Montefra: aliquot item ordines Religiosorum Claustralium, nimirum ordo S. Mariae Montis Virginis, Seruitarum, Carmelitarum, S. Mariae Redemptionis Captiuorum de Mercede, & alij, quibus attexere possimus eos Religiosos, qui candenti habitu, Deiparae puritatis symbolo peculiare studium, ac pietatem erga eandem profitentur, ut puta Oliuetani, & alij, de quibus vberius capit. 34.

*Cap. 34.*

*Vrbes.*

*Bozins.*

Vrbes quoque, Portus, & insulae complures de nomine Deiparae dicuntur, quemadmodum obseruauit Bozins lib. 9. de signis Ecclesiae cap. 8. & 9. eiusmodi est Ciuitas in Prussia dicta Mariae Burgurosedes magni magistri ordinis Teutonicorum, à quibus fuit extracta, alia de Assumptione in Peruano regno, in Insula S. Dominici Vrbs S. Mariae Pacis, altera Conceptionis S. Mariae, in Insula verò Terzera Vrbs nostrae Dominae adiutricis In noua Hispania Ciuitas Conceptionis B. Mariae, altera Purificationis.

*Portus.*

Portus quoque plurimi in Indijs à Deipara

rae nomine appellantur: nam in noua Hispania extant Portus dicti de Conceptione, de Natiuitate, de Purificatione nostrae Dominae, in Japonia verò ex Masseo lib. 3. epistola 5. Portus olim Vocociura, nunc S. Mariae Adiutricis dicitur.

*Massee.*

Insulae etiam aliquae idem nomen praeserunt, Insulae in Adriatico quidem S. Mariae Tremitana, in Oceano vero Britannico S. Mariae Bouini, in mari Peruano S. Mariae Montis ferrati, Guadalupae Rotundae, & aliae locis Europaeis cognominis: Assumptionis in noua Francia, Conceptionis in India paulo infra aequinoctialem, teste Masseo libro 3. histor. Indicae.

*Congregatio- nis scilicet, & si fratrum sit.*

Innumerabiles quoque Congregationes, sodalitia, confraternitates Deiparae insignita titulis, ac patrocinio nobilitatae maxime florent, nec sine vberissimo animarum fructu, cuiusmodi sunt, Rosarij Confraternitas, Sodalitia ex omni virorum ordine, quae in domicilijs Societ. Jesu erecta sunt, de quibus cap. 40.

*Cap. 40.*

LITANIAE. VARIAEQUE PRECES IN DEIPARA honorem compositae:

42. Dodecimo, denique huc spectant complures, quae omnium ore pie vsurpantur in Deiparae uenerationem concinnatae preces, & omitto quidem Canticum sacratissimum Magnificat ab ipsa Deipara editum, & salutationem Angelicam ex uerbis Angeli Gabrielis, S. Elisabethae, atque Ecclesiae constitam, propter cuius recitationem plurima à Deipara beneficia collata memorantur apud Caetanum lib. 7. exempli cap. 26. & seq. apud Thomam Cantiprat. lib. 2. apud, ca. 29. par. 9. Iacobum de Voragine in festo Annuntiationis, & apud Pelbartum lib. 4. par. 4. cap. 2. & lib. 12. parte vlt. c. 6. vide etiam in Speculo exempli. distin. 3. n. 32. & dist. 4. num 10.

*Præc. in honorem B. Virginis. Luc. 11.*

*Caetan. Cantiprat. Iacob. de Vorag. Pelbartus. Specul. ex- empl.*

Sed ad alias veniamus, profectè eius generis sunt preces, quae vel in Breuiario, vel in paruo B. Virginis officio, vel alibi passim leguntur, earum prima aliqua injuncta libuit hic apponere, quas Deiparae cordi esse, complura ab eadem eas recitantibus persita beneficia non obscure declarant. In harum numerum referuntur Litaniae Deiparae ex varijs eiusdem titulis honorificis, ac typis collectae, quae in sacra aede Lauretana certis diebus praesertim in hebdomada, festisque Deiparae dicatis decantantur. His adde Hymnos.

*Officium B. Virginis.*

*Anc.*